


Lex 40. 41. 42. De Majoratu. De Successione in Regno. De Prohibitione alienandi. . . . .	263. 340. y 342
Lex 43. De Beneficiis Principum. . . . .	345
Lex 44. De Legitima, &c. Sicut in lege 17. remissive. . . . .	345
Lex 45. De Possessione, & ejus acquisitione. De Traditione. De Apprehensione. De Inventione. De Successione. De Legatis. De Interdictis. . . . .	346
Lex 46. De Aedificiis, & novi operis nuntiatione. . . . .	52 I
Lex 47. De Patria potestate. . . . .	546
Lex 48. De Usufructu. . . . .	549
Lex 49. De Matrimonio clandestino. . . . .	561
Lex 50. 51. 52. 53. De Sponsalitiis. De Arrhis. De Donatione. De Dote. De Lucris nuptialibus. . . . .	563
Lex 54. 55. 56. 57. 58. 59. De Contractu Matrimonii. . . . .	628. y 629
Lex 60. De Uxoris renuntiatione. . . . .	633
Lex 61. De obligationibus mulierum. . . . .	635
Lex 62. De Privilegiis militum. . . . .	639
Lex 63. De Evictione, & actionum duratione. . . . .	640
Lex 64. De Instrumentis. . . . .	642
Lex 65. De Usucapione. . . . .	645
Lex 66. De Satisfacione. . . . .	648
Lex 67. De Juramento. . . . .	649
Lex 68. De Emphyteusi, & Censu. . . . .	651
Lex 69. De Donatione universalis. . . . .	654
Lex 70. 71. 72. 73. 74. 75. De Retractu. . . . .	657. y 658
Lex 76. De Accusatione. . . . .	676
Lex 77. De Fisco, & ejus successione. . . . .	688
Lex 78. De Amissione per delictum. . . . .	689
Lex 79. De Cessione bonorum. . . . .	691
Lex 80. 81. 82. De Concubinato. De Adulterio. De Stupro, & aliis hujus naturæ delictis. . . . .	693. y 694
Lex 83. De Crimine falsi. De Insignibus & privilegiis Doctorum. . . . .	498



# COMMENTARIUM LUCULENTISSIMI IN LEGES TAURINAS.

NUNC POSTREMA MANU AUCTI ET RECOGNITI,  
PER ANTONIUM GOMEZ,  
PRIMARIUM JURIS CIVILIS IN ACADEMIA  
Salmanticensi Professore.

## TEXTUS PRIMUS.



Primeramente: Por quanto el Señor Rey Don Alfonso en la Villa de Alcalá de Henares, Era de 1386. años, hizo una Ley cerca del orden, que se debía tener en la determinacion, y decision de los Pleytos, é Causas: el tenor de la qual es éste que se sigue:  
Nuestra intencion, é voluntad es, que los nuestros Naturales, é Moradores de los nuestros Reynos sean mantenidos en paz, y en Justicia: é como para esto sea menester dár leyes ciertas por do se librasen los pleytos, y las contiendas, que acaescen entre ellos; é maguer, que en la nuestra Corte usan del fuero de las Leyes, é algunas Villas del nuestro Señorío lo han por fuero, y otras Ciudades, é Villas han otros fueros de Partidos, por los quales se pueden librar algunos de los pleytos: Pero porque muchas son las contiendas, y los pleytos, que entre los homes acaescen, é se

mueven de cada día, que no se pueden librar por los fueros: Por ende, queriendo poner remedio convenible à esto, establessemos, y mandamos, que los dichos fueros sean guardados en aquellas cosas, que se usaron, salvo en aquello, que Nos halláremos que se deben enmendar, y mejorar, y en lo al que son contra Dios, y contra raxon, y contra las leyes, que en este nuestro Libro se contienen: Por las quales leyes de este nuestro Libro mandamos, que se libren primeramente todos los Pleytos Civiles, y Criminales. Y los pleytos, y las contiendas, que no se pudieren librar por las leyes de este nuestro Libro, y por los dichos fueros, Mandamos, que se libren por las leyes de las siete Partidas, que el Rey D. Alfonso nuestro vi-sabueldo mandò ordenar; como que fasta aqui no se halla que fuessen publicadas por mandado del Rey, ni fueron habidas, ni recibidas por leyes: Pero Nos mandamoslas requerir, é concertar, é enmendar en algunas cosas que cumpla; y así concertadas, y enmendadas, porque fueron sacadas, é tomadas de los dichos de los Santos Padres, é de los dichos, y Derechos, é dichos de muchos



„ Sábios antiguos, é de fueros, y costumbres anti-  
 „ guas de España, Damoslas por las nuestras leyes:  
 „ é porque sean ciertas, y no hayan razon de tirar,  
 „ y enmendar en ellas cada uno lo que quisiere;  
 „ Mandamos hacer de ellas dos Libros, uno sellado  
 „ con nuestro Sello de Oro, y otro sellado con  
 „ nuestro Sello de Plomo, para tener en nuestra  
 „ Camara; para en lo que oviere duda, que lo  
 „ concertedes con ellas: y tenemos por bien, que  
 „ sean guardadas, y valederas de aqui adelante, en  
 „ los Pleytos, y en los Juicios, y en todas las otras  
 „ cosas, que en ellas se contienen, en aquello que no  
 „ fueren contrarias à las leyes de este nuestro Libro,  
 „ y à los fueros sobredichos: Y porque los Hijos-  
 „ Dalgo de nuestros Reynos han en algunas Co-  
 „ marcas fuero de alvedrio, y otros fueros, por-  
 „ que se juzgan ellos, y sus Vassallos: Tenemos  
 „ por bien, que les sean guardados sus fueros á  
 „ ellos, y à sus Vassallos, segun que lo han de fuero,  
 „ y les fueron guardados fasta aqui. Otrofi, en hecho  
 „ de los Rieptos, sea guardado aquel uso, y aque-  
 „ lla costumbre, que fue usada, y guardada en el  
 „ tiempo de los otros Reyes, y en el nuestro. Otrofi,  
 „ Tenemos por bien, que sea guardado el ordena-  
 „ miento, que Nos agora hecimos en estas Cortes pa-  
 „ ra los Hijos-Dalgo, el qual mandamos poner en  
 „ fin de este nuestro Libro: é porque al Rey  
 „ pertenesce, y ha poder de hacer Fueros, y Le-  
 „ yes; y de las interpretar, y declarar, y enmen-  
 „ dar, donde viere que cumple: Tenemos por bien,  
 „ que si en los dichos fueros, ó en los Libros de las  
 „ Partidas sobredichas, ó en este nuestro Libro, ó  
 „ en algunas leyes de las que en él se contienen, fue-  
 „ re menester declaracion, é interpretacion, ó en-  
 „ mendar, añadir, ó tirar, ó mudar; que lo hagamos  
 „ por Nos. E si alguna contrariedad paresciere en las  
 „ leyes sobredichas entre sí mismas, ó en los fue-  
 „ ros, ó en qualquier de ellos; ó alguna duda fuere  
 „ hallada en ellos, ó algun hecho, porque por ellas no  
 „ se pueda librar: que Nos seamos requeridos sobre  
 „ ello, porque hagamos interpretacion, y declaracion,  
 „ ó enmienda do entenderemos que cumple, ó haga-  
 „ mos Ley nueva, la que entenderemos que cum-  
 „ ple, sobre ello, porque la Justicia, y el Derecho sea  
 „ guardado: empero bien queremos, y sufrimos,  
 „ que los Libros de los Derechos, que los Sábios  
 „ antiguos hicieron, que se lean en los Estudios ge-  
 „ nerales de nuestro Señorío; porque hay en ellos  
 „ mucha sabiduria, y queremos dar lugar, que los  
 „ nuestros Naturales sean sabidores, y sean porende  
 „ mas honrados.

„ Y agora somos informados, que la dicha  
 „ Ley no se guarda, ni executada enteramente co-  
 „ mo debía: Y porque nuestra intencion, y vo-  
 „ luntad es, que la dicha Ley se guarde, y cumpla  
 „ como en ella se contiene: Ordenamos, y manda-

„ mos, que todas las nuestras Justicias de estos nues-  
 „ tros Reynos, y Señoríos, assi de Realengos, y  
 „ Abadengos, como de Ordenes, y Behetrias, y  
 „ otros Señoríos qualesquier, de qualquier calidad  
 „ que sean; que en la dicha ordenacion, decision, y  
 „ determinacion de los Pleytos, y Causas, guarden,  
 „ y cumplan la dicha Ley en todo, y por todo, se-  
 „ gun que en ella se contiene: Y en guardandola, y  
 „ cumplendola: en la dicha ordenacion, y deci-  
 „ sion, y determinacion de los Pleytos, y Causas,  
 „ assi Civiles, como Criminales se guarde la orden  
 „ siguiente: Que lo que se pudiere determinar por  
 „ las leyes de los Ordenamientos, y Pragmaticas  
 „ por Nos hechas, y por los Reyes donde Nos ve-  
 „ nimos, y los Reyes que de Nos vinieren, en la  
 „ dicha ordenacion, y decision, y determinacion, se  
 „ sigan, y guarden, como en ellas se contiene: No  
 „ embargante, que contra las dichas Leyes de Orde-  
 „ namientos, y Pragmaticas se diga, é alegue, que  
 „ no son usadas, ni guardadas. Y en lo que por  
 „ ellas no se pudiere determinar: Mandamos, que se  
 „ guarden las leyes de los Fueros, ansi del Fuero de las  
 „ leyes, como la de los Fueros Municipales, que  
 „ cada Ciudad, Villa, ó Lugar tuviere, en lo que  
 „ son, ó fueren usadas, é guardadas en los dichos  
 „ Lugares, y no fueren contrarias à las dichas leyes  
 „ de Ordenamientos, é Pragmaticas, assi en lo que  
 „ por ellas está determinado, como en lo que de-  
 „ termináremos adelante por algunas Leyes, y Or-  
 „ denamientos, é Pragmaticas; é los Reyes que de  
 „ Nos vinieren: Cá por ellas es nuestra intencion,  
 „ y voluntad, que se determinen los dichos Pleytos,  
 „ é Causas, no embargante los dichos Fueros, é uso,  
 „ y guarda de ellos. Y lo que por las dichas leyes de  
 „ Ordenamientos, y Pragmaticas, y Fueros no se  
 „ pudiere determinar: Mandamos, que en tal caso  
 „ se recurra à las Leyes de las Siete Partidas, hechas  
 „ por el Señor Rey D. Alfonso, nuestro Progenitor.  
 „ Por las quales, en defecto de los dichos Ordena-  
 „ mientos, Pragmaticas, é Fueros, Mandamos,  
 „ que se determinen los Pleytos, y Causas, assi Ci-  
 „ viles, como Criminales, de qualquier calidad, ó  
 „ cantidad que sean; guardando lo que por ellas  
 „ fuere determinado, como en ellas se contiene,  
 „ aunque no sean usadas, ni guardadas: y no por  
 „ otras algunas. Y mandamos, que quando quier  
 „ que alguna duda ocurriere en la interpretacion, y  
 „ declaracion de las dichas Leyes de Ordenamiento,  
 „ é Pragmaticas, é Fueros, ó de las Partidas; que  
 „ en tal caso recurran à Nos, é à los Reyes, que  
 „ de Nos vinieren, para la interpretacion, é declara-  
 „ cion de ellas: porque, por Nos vistas las dichas  
 „ dudas, declararemos, é interpretaremos las dichas  
 „ Leyes, como conviene á servicio de Dios nuestro  
 „ Señor, é al bien de nuestros Subditos, y Naturales,  
 „ y á la buena administracion de nuestra Justicia.

„ Y

„ Y por quanto Nos ovimos fecho en la Villa de  
 „ Madrid, el año que passò de 99. ciertas Leyes, é  
 „ Ordenanzas; las quales mandamos que se guar-  
 „ dassen en la ordenacion, y algunas en la decision  
 „ de los Pleytos, é Causas en el nuestro Consejo,  
 „ é en las nuestras Audiencias; é entre ellas hecimos  
 „ una Ley, é Ordenanza, que habla cerca de las  
 „ opiniones de Bartholo, é Baldo, é Juan Andrés,  
 „ y el Abad: qual de ellas se debe seguir en duda,  
 „ á falta de Ley: y porque agora somos informa-  
 „ dos, que lo que hezimos por efforvar la prolixi-  
 „ dad, y muchedumbre de las opiniones de los Doc-  
 „ tores, ha traído mayor daño, é inconveniente:  
 „ Porende por la presente revocamos, casamos, é  
 „ anulamos, en quanto à esto, todo lo contenido en  
 „ la dicha Ley, é Ordenanza por Nos hecha en la  
 „ dicha Villa de Madrid: Y mandamos, que de  
 „ aqui adelante no se use de ella, ni se guarde, ni  
 „ cumpla; porque nuestra intencion, é voluntad  
 „ es, que cerca de la dicha ordenacion, é determi-  
 „ nacion de los Pleytos, y Causas, solamente se ha-  
 „ ga, é guarde lo contenido en la dicha Ley del  
 „ Señor Rey Don Alonso, y en esta nuestra.

Id est:

*In primis: Quoniam Rex D. Alfonsus in Oppi-  
 do Compluti ad Henarium flumen, Era 1386.  
 condidit quandam legem circa ordinem, quam in  
 decisione Causarum, & Litiu sequi oporteret:  
 cuius tenor sic se habet:*

*Mens, & voluntas nostra est, ut Indigena nos-  
 tri, & Regnorum nostrorum incolae, in pace & Justi-  
 tia conserventur; ad quod cum necesse sit certas le-  
 ges dare, ad quarum normam lites, & controversia  
 inter eos incidentes finiatur: & quamvis in nostra  
 Curia, Leges (quae vulgò appellantur Fori) sint  
 in communi usu; & aliqua nostra Ditionis Oppida  
 id habeant pro Foro, (hoc est pro communi jure) alia-  
 que cum Oppida, tum Civitates alia habeant Fora,  
 quae dicuntur Partitarum, quibus lites aliqua pos-  
 sunt decidi: Verum, quia controversia, & lites, quae  
 inter homines possunt cadere, & quotidie moventur,  
 sunt multiplices, quae què illis Foris decidi non pos-  
 sunt: remedium huic incommodo statuere opportu-  
 num cupientes; Statuimus, ac Praecipimus, ut ea Fora  
 serventur in eis rebus, in quibus hactenus eo-  
 rum usus tulit, iis tamen exceptis, in quibus Nos  
 ea corrigi, atque in melius mutari oportere depre-  
 hendimus, & in aliis, quae adversantur Deo, Ra-  
 tioni, & Legibus, quae in hoc Libro nostro continen-  
 tur. Per quas libri hujus nostri Leges Praecipimus ut  
 primum terminentur controversiae omnes tum Civiles,  
 tum Criminales: Ea verò, quae per hujus nostri Libri  
 Leges, aut per praedicta Fora terminari non pote-  
 runt, Praecipimus ut finiatur per eas Leges Sep-  
 tem Partitarum, quas Bisavus noster Rex D. Alfon-  
 sus ordinari jussit, etiamsi hactenus non constet, eas  
 jussu Regis fuisse publicatas, neque eas pro legibus  
 Ant. Gomez ad Leg. Tauri.*

*habitas, aut receptas. Quas tamen Nos jussimus  
 examinari, requiri, concordari, atque corrigi in eis  
 quibus oportuit locis: & ita concordatas atque correc-  
 tas (erant enim desumptae, & acceptae à Dicitis Santor.  
 Patr. & ex juribus, & Sententiis multorum veter-  
 rum Sapientum, & ex Foris, & Moribus Hispania  
 vetustis) Damus eas pro Nostri Legibus. Quae ut certa  
 sint, & nemo in eis pro libito quicquam demere,  
 aut emendare jure possit, jussimus ut ex eis  
 fiant duo volumina, alterum obsignatum sigillo nos-  
 tro aureo, alterum sigillo nostro plumbeo, & sint  
 in nostro cubiculo, ut consulatis eas in rebus dubiis:  
 ac placet nobis ut in posterum serventur, & sint va-  
 lida in causis, & in judiciis, & in rebus aliis omni-  
 bus, quae in eis continentur, in quibus contraria  
 non fuerint Legibus nostri hujus libri & Foris supra-  
 dictis. Et quoniam Nobiles nostrorum Regnorum (hoc  
 est Hijos-Dalgo) in aliquibus Provinciis habent For-  
 rum (hoc est jus) arbitrii, & alia Fora, (hoc est ju-  
 ra) per quae Ipsi, & eorum Vassalli (hoc est Subditi)  
 judicantur: Placet nobis ut jura eorum Ipsi, & Vas-  
 sallis suis serventur, prout ex Foro (hoc est jure)  
 habent, & eis hactenus fuerunt servata. Item, quo-  
 ad Provocationes (hoc est Desafios, Rieptos) atti-  
 net; Is mos & usus servetur, qui in aliorum Reg-  
 gum temporibus, & nostro fuit servatus. Item  
 placet nobis; ut Statutum, quod à nobis nunc in hoc  
 communi conventu (hoc est en estas Cortes) factum  
 est pro Nobilibus, (hoc est Hijos-Dalgo) servetur:  
 Quod in fine hujus nostri libri reponi jussimus. Et  
 quoniam ad Regem pertinet, & ipse potest jura, &  
 leges concedere, easque interpretari, ac declarare,  
 ubi viderit expedire: Placet nobis, ut si in praedictis  
 Foris (hoc est juribus) aut in libris Partitarum su-  
 praedictarum, aut in nostro hoc libro, aut in aliqui-  
 bus legibus eo contentis opus erit, ut aliquid decla-  
 retur, & interpretetur, sive corrigatur, aut  
 addatur, vel adimatur, vel mutetur: id per Nos fiat.  
 Et si aliqua contraditio visa fuerit inter praedictas  
 Leges, aut in Foris (hoc est juribus) aut in aliquo  
 ipsorum; aut dubium aliquid in eisdem occurrerit,  
 aut factum aliquid acciderit, quod per illas deci-  
 di non possit: ea de re Nos interpellemus ad in-  
 terpretandum, declarandum, aut emendandum ubi  
 nobis expedire visum fuerit: aut ut Legem novam  
 condamus, qualem in eo negotio convenire intelle-  
 xerimus, ut Justitia, & jus servetur. Ceterum Pla-  
 cet nobis, & Permittimus, ut jus Caesareum, & scrip-  
 ta Jurisprudencia omnia, ac Libri juris à veteribus sa-  
 pientibus conditi legantur in Universitatibus nostri Do-  
 mini: in quibus utique inest multa sapientia; & relin-  
 quere locum volumus, ut indigena nostri dent operam  
 Sapientiae, ut inde majores honores consequantur.*

*Verum indicatum nobis nunc est: quod Com-  
 plutensis, scilicet indicata supra, & hactenus re-  
 petita Lex, non servatur, nec sincere in exe-  
 quutionem venit, ut par erat. Et quoniam*



mens, & voluntas nostra est, ut predicta Lex observetur, & compleatur juxta suum tenorem: Ordinamus igitur, ac precipimus, Quod omnes Justitias, ac Ministri (hoc est todas las nueltras Justicias) nostrorum horum Regnorum, & Dominiorum, tam Regalium & Abbatianorum, quam Ordinum & Communitatum (hoc est Behetrias) & aliorum quorumcumque Dominiorum cujusvis qualitatis, in ordinatione, decisione, & determinatione litium, & causarum observent, & impleant predictam Legem in omnibus, & per omnia, prout in ea continetur: & post ejus observationem, & complementum, in litium, & Causarum tam Civilium, quam Criminalium ordinatione, decisione, & determinatione, sequens ordo servetur: Nimirum ut, Quod definiti poterit per Leges Ordinationum, & Pragmaticarum per nos conditarum, & per Reges à quibus nos sumus oriundi, aut qui à nobis fuerint; Fiat, & observetur in dicta ordinatione, decisione, & determinatione causarum, prout in eis constitutum: quin obset, quod contra predictas Leges ordinationum, seu Pragmaticas excipi, atque allegari poterit, quod sint obsoleta. Et in iis rebus quae definiti per eas nos potuerint, Precipimus ut observentur Leges Fororum, tam Fori Legum, quam Fororum Municipium cujusvis Civitatis, aut Oppidi; in eis videlicet rebus, in quibus sunt, aut fuerint in usu observata in predictis locis, neque predictis Legibus Ordinationum, & Pragmaticis fuerint contraria, tam à Nobis jam constitutis, quam in posterum constituendis à Nobis, vel Regibus à nobis oriundis: Namque per eas est nostra mens, & voluntas ut definitantur lites, & causa, non obstantibus predictis Foris, & eorum usu, & observatione. Caterum, si aliquid per predictas Ordinationum Leges, & Pragmaticas, ac Fora definiti non poterit; Precipimus, ut in ejusmodi eventu recurratur ad Leges Septem Partitarum, à Domino Rege D. Alfonso Progenitore nostro conditas: per quas, & non per alias, deficientibus predictis Ordinationibus, Pragmaticis, ac Foris, definiti Lites, & Causas precipimus, tam Civiles, quam Criminales, cujuscumque qualitatis, aut quantitatis fuerint, observato quod per eas fuerit definitum, prout in eis continetur, etiamsi neque in usu, neque in observatione fuerint. Precipimus praeterea, ut quotiescumque dubium aliquod inciderit in predictarum Legum Ordinationum, Pragmaticarum, ac Fororum, sive Partitarum interpretatione, sive declaratione; in ejusmodi eventu ad Nos recurratur, & ad Reges à nobis oriundos pro ipsarum declaratione, sive interpretatione. Ipsi enim, cum viderimus ejusmodi dubia Declarabimus atque interpretabimur predictas Leges, juxta Dei Domini nostri obsequium, & Subditorum, atque indigenarum nostrorum utilitatem, & ad optimam Justitiam nostram administrationem.

Et quoniam Nos in praeterito anno 99. Matriri Oppido nostro condidimus quasdam Leges, atque Or-

dinationes, quarum omnes in ordinatione, & nonnullas in decisione litium, & causarum precipimus servari in nostro Consilio, & in nostris Audientis; atque inter easdem est quadam, in qua agitur de Sententiis sive opinionibus Bartholi, Baldi, Jacobi, Andreae, & Abbatis, utra illarum teneri debeat in rebus dubiis ubi desit Lex: nunc vero edocti sumus quod id, quod nos fecimus ad vitandam prolixitatem, & varietatem opinionum inter Doctores, plus damni atque incommodi attulerit: idcirco per presentem revocamus, casamus atque annullamus, quantum ad hoc spectat, quicquid in ea Lege, atque ordinatione, à Nobis Matriri Oppido predicto condita, continetur: Precipimusque, ut deinceps non sit in usu neque observetur, aut impleatur. Si quidem Mens atque Voluntas nostra est, ut quod attinet predictam ordinationem, & decisionem litium & causarum, tantummodo fiat, & observetur quod habetur in supradicta lege Domini Regis D. Alfonsi, & in hac nostra.

## COMMENTARIUM

### Ad Legem Primam.

#### SUMMARIUM.

- 1 & 2. Diffinitio legis.
- 3 & 4. Quando lex humana liget subditos in foro conscientiae.
5. Quae requirantur ad validitatem legis.
6. Quis possit facere legem.
7. Quis possit leges dubias interpretari.
8. Deficiente lege, recurritur ad consuetudinem.
9. Deficiente lege & consuetudine, recurrendum est ad rationem naturalem.
10. Deficientibus his, procedendum erit argumento alicujus legis.
11. Lex nova referens aliam, licet non reperitur, valet.

**N**Ota ex ista lege, quod in isto Regno, in decisionibus causarum prius, & ante omnia debet judicari per istas Leges Tauri: Item consecutivè postea per Leges Ordinationum, & Pragmaticas hujus Regni, & Leges Partita; licet non prohibetur earum usus, nec consuetudo: postea per Leges Fori, quae fuerint in usu, & consuetudine: Postea verò, his deficientibus, debet judicari per jus commune Romanorum Consultorum, & Imperatorum, quod legitur, & disseritur in Scholis, & Studiis generalibus, secundum communem opinionem, quae reperitur in casu de quo dubitatur; correctæ Lege Regia de Madrid, quae disponebat, quod in decisionibus causarum, deficientibus

cientie lege, sequatur opinio Bartol. & postea Bald. Pro cujus tamen declaratione dico, & praesuppono, quod lex potest. 1. sic defini: Lex est Commune praeceptum virorum prudentum; delictorum, quae sponte vel ignorantia contrahuntur, coercitio; communis reipublicae sponsio: text. est in l. 1. ff. de Legib. & ibi communiter Doctores. Vel aliter, & 2. Lex est Inventio quadam, correctio, & compositio communis civitatis, secundum quam omnes decet vivere: text. est in leg. 2. ff. de Legib. & ibi etiam communiter Doctores. Vel aliter & 3. Lex est Divinarum, atque humanarum rerum notitia: text. est in dict. leg. 2. ff. de Legib. Vel aliter, & 4. Lex est Sanctio sancta, jubens honesta, prohibens contraria: text. est in leg. 2. vers. fin. ff. de Legib. & ibi Glos. ordinar. quae residet cum hac definitione, & communiter DD. text. in leg. Leges. la. 3. Cod. de Legib. Glos. etiam ordinaria in §. Lex. Instit. de jure natur. gen. & civil. & adde, quod leges fuerunt factae, & conditae per tercentos annos ante adventum Christi; cum Consulti earum conditores fuerint illo tempore: ita Bartol. in leg. Multum in text. ff. de Verb. obligat. 1. column. in medi. & ibi Jas. fin. column. & ante eos Glos. ordinar. in leg. Pridie. ff. de Feriis. Glos. etiam, Bartol. & alii DD. in leg. Titia, §. Scia, ff. de Auro & argent. leg. & Glos. in rubr. ff. de Just. & jur. Item, Lex nova semper respicit futura negotia, non verò praeterita: text. est in leg. Leges. la. 2. Cod. de Legib. text. in leg. penult. & fin. Cod. de Sacros. Eccles. text. in leg. penult. Cod. de Usur. & ibi communiter DD.

Item quaero, an, & quando Lex humana positiva, & ejus dispositio liget subditos in foro conscientiae? & breviter, & resolutivè dico, quod si non est peccati nutritiva, est servanda in foro conscientiae: Nam ex quo lex est justa, videtur edita auctoritate Divina per suos ministros, ut in cap. Quo jure. 8. distinct. & Proverb. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores justa decernunt: ita tenet, & concludit Innocent. in cap. Quia plerique. de Immun. Eccl. fin. column. & ibi commun. DD. Joann. Andr. in cap. Quamquam. de Usuris, lib. 6. Abb. Panormit. in cap. 1. de Constit. 5. column. num. 9. & ibi Moderni; S. Thom. 2. 2. quaest. 96. artic. 6.

Quod tamen intellige, quando Lex fundatur super certo, secus verò si fundatur super aliqua praesumptione, & facto incerto; quia non tenetur quis ex ea in foro conscientiae, si sibi constat praesumptionem non esse veram, secundum DD. ubi supr. Item etiam intellige, quando agitur de aliqua re, negotio, vel interesse principali: secus si agatur de poena per legem imposita: quia non tenetur debitor eam solvere in foro conscientiae ante condemnationem, quia cessat ratio principalis legis, quae est: Ut puniatur delinquens in foro con-

Anton. Gomez. ad Leg. Tauri.

tentioso; Item, ut aliis sit terror, & exemplum: quae ratio cessat in foro penitentiae. Ita Glossa singul. & unica in cap. Fraternitas. C. 12. Q. 2. in glos. final. quam reputat singularem & unicam Abb. in cap. 1. de Constit. 7. column. num. 21. & ibi Felin. 11. ubi plura infert. Idem Abb. & Felin. in cap. Audivimus. de Simon. idem Abb. in cap. Raynaldus. de Testament. 6. column. idem Abb. in cap. Si egressus. de Injur. idem Abb. in Proem. Decretal. in parte. Rex pacificus, 4. column. idem Abb. in cap. Cum causam. de Testib. column. 5. idem Abb. in cap. Dilecti. de Arbitris. column. 5. idem Abb. in cap. fin. de Sepult. idem Abb. in cap. fin. de Praescriptionib. idem Abb. in cap. Suam. de Pannis, idem Abb. in cap. Quia plerique. de Immunit. Ecclesiar. Bald. in leg. Quibus diebus. §. Dominus. in fin. ff. de Condition. & demonstrat. Joan. de Imol. in leg. Stipulatio ista, §. Alteri, de Verb. obligat. 4. column. Jas. in §. Sed ista quidem. Instit. de Action. secunda column. Summa Sylvest. in part. 9. quaest. principali.

Item adde, quod ad essentiam, & validitatem legis, requiruntur sequentia. Primò, quod sit justa, & honesta; Secundò, quod sit possibilis, & secundum naturam; Tertio, quod sit necessaria, vel saltem utilis, & conveniens Reipublicae: Quarto, quod sit communis, non particularis respectu alicujus personae: Quintò, quod sit facta per verba dispositiva, & praecipiva: Sextò, quod sit reducta in scripturam publicam: text. est, qui omnia ista comprehendit, in cap. Erit autem lex. 4. distinct. text. in cap. Lex. 1. distinct. & ibi communiter DD. & certe ista requisita continentur, & verificantur in his Legibus Tauri.

Item adde, quod solus Imperator, Rex, vel Princeps, qui non recognoscit Superiorem, potest facere, & concedere legem: text. est in leg. Non ambigitur, ff. de Legib. ubi habetur, quod Senatus Populi Romani poterat condere Legem: sed Senatus, & Populus Romanus omnem suam potestatem transtulit in Imperium, ut in leg. 1. §. Sed hoc studium. Cod. de Veteri jure enucleando: Ergo hodie solus Imperator, Rex, vel Princeps potest Legem condere. Et ex isto fundamento, & ratione ita tenet ibi Glos. ordinar. & communiter DD. text. formalis, & expressus in leg. fin. Cod. de Legib. & ibi communiter DD. tenet. etiam Glos. ordinar. Bartol. Alberic. & communiter DD. in leg. 1. ff. Quod quisque juris. text. in §. Sed, & quod Principi. Instit. de Jure nat. gen. & civil. & ibi Glos. ordinar. & communiter DD. & idem disponit leg. 8. tit. 1. part. 1.

Item etiam, solus Imperator, Rex, vel Princeps potest leges dubias interpretari, vel declarare: text. est in leg. 1. Cod. de Legib. text. in leg. final. §. 1. Eodem. versic. Si enim. cujus verba sunt: